



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.I.], 1570

VD16 W 1048

Capvt III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

C A P V T . I I I .

Quomodo homini sabbati & exterorum omnium sit dominus? Ceterum ista non sic accipi debent, quasi homini in his pro suo arbitrio quidvis statuerit & gerliceat; sed verum omnium exterrorum usum Christus tradidit, ne illis per superstitionem ad nostrum sive aliorum hominum interitum abutamur, que nostra salutis causa Deus instituit. Et de me sabbati obseruatione in sequenti historia plenius dicetur. Nunc obseruasse sufficiat, externa omnia charitati cedere debere, ne laqueus ihsus iniiciatur, quos necessitas invenit ab illo vocat. Quidque diuinitus instituta sunt, charitati cedere debent, quanto magis humanas traditiones illa cedent conuenient? Quo argumento totius Papatus tyrannis arguitur, quando in hoc omnia charitatis uersantur, & qua parentibus, liberis, magistris, coniugibus, viuieris denique & fratribus debeat, securè negliguntur, dummodo monachorum regulæ & parrum traditiones in priuhabentur. Nos itaque Dei gloriam & proximi uirtutatem in omnibus spectemus. Ita fuit, ut Christi exemplum secuti in eodem uiuamus, cui debetur benedictio, honor, gloria & portas in eternum. Amen.

C A P V T . I I I .

H O M I L I A . X X I I .

ET ingressus est iterum synagogam, & erat ibi homo aefactam habens manum, et obseruabant eum, an sabbatis esset eum sanatorus, ut accusarent illum. Et ait homini habent manum aefactam: Surge in medium. Et dicit illis: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere, animam seruire, an occidere? At illi tacebant. Et cum circumspexisset eos cum iracundia, condolescens super exercitate cordis eorum, dicit hōmini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illius, & na ut altera.

Argumentum
& usus pre-
senis loci.

Ver homo pro corrupto carnis ingenio in errores facile p̄labitur: Ita ex iisdem diffici-
ter in viam redire potest. Quare in corrigendis erroribus nō modo diligenter, permissum
frequenter doctrina & admonitione opus est. Obseruat hoc in sabbati reformatione Christi
stus. Huius religionem omnem in corporis otio Iudei confidere putabant, & vix erat
progreſſi, ut non tam superfluoſi quam ridiculi censi possent; sicuti nuper dictum est. Quod tri-
lo. 5.7.9. &c. annes uno & altero exemplo probat. Christum propter opera, quæ diebus sabbati sanctissimi, pul-
& saluberrima edebat, damnare & folidine solebant. Frequenter ergo Christus hanc illam su-
perstitutionem refellit, & ut maior sit doctrina ipsius autoritatis, eandem factū miraculifera illata.
Et nuper quidem offendit, sabbatum propter hominem institutum esse, & proinde illos reuener-
falli, qui propter hoc suam iſorum salutem negligunt. In praesenti vero, ne proximi quidem de-
tem negligi debere docet, & quibus potissimum operibus sabbatum sanctificari solet. humani
genere admonemur, externa omnia tum nostra tum proximi salutis seruire, & turpiter errare,
qui ita illis addicti sunt, ut propter illa fidei & charitatis officia negligant. Sed præstat ipsam hō-
riam inspicere.

Christus syna-
gogam ingressus docendū occaſionē captat.
Matth. 12.
Christi studium
in procuranda
salute nostra.

Christus Iesus, ut de hac re agendi occasionem inueniat, ipso die sabbati synagogam ingreditur, & quidem illorum (ut Matthew scribit) qui paulo ante illum inuidiose nimis calamitatis furantur. Et mox occasio offertur, quando illic est, qui manum aefactam habens, illius ope indebet. Ha-
autem non obseruatione modo, verumeriam admiratione dignum est, ardens illud Christi studium,
quo in hominum salute procuranda vitatur. Eſi enim nūc iam non ipsi insidiuent acerrimi hostes,
qui omnia ipsius odiosè carpunt, & se hucusq; nihil aut parum profecisse videant: nec eas synagogam ingredi-
dignatur, in quibus pharisei, hostes ipsius acerrimi, dominabantur. Et hoc dūna nūc argu-
mentum euident. Dei enim proprium est, perpetuo saluandi studio teneri, nec hominum indigentia
& levi-

ad benefaciendo absterri. Vnde enim omnes homines saluos fieri? (Paulo teste) & in veritatis cogniti. Tim. 2.
tione peruenire. Cur enim aliud veller, qui uniuersam hanc mundi fabricam & ipsos homines, qui Gen. 3.22.16.
nulli erant, non aliam ob causam creauit, quam re essent, in quos sue bonitatis thebauros effunderet? 28. &c.
Hinc est, quod Adamum ipse prior quasius, vocauit, & misere territum laetissima salutis per Christum in sua iusta promissione consolatus est: quam promissionem postea multoies repeperit, quo certior effet & indubitate salutis fiducia. Hinc est, quod populum duræ ceruicis, & diurna Aegyptio
rum confusitudine corruptissimum, ex domo seruitutis eduxit, eundem lege & cultu externo, myste Isiae 65.
islando & incipiando exorbitantes in viam reducere, & in officio continentur. Eadem ergo bonitate Christi, verus Dei filius & pari consubstantialis, vivitur. Nec erga Iudeos modo illa vsus, Ephes. 2.
quando in carne nostra inter homines versatus est, verum etiam erga omnes gentes, quibus cum cor Tit. 3.
iniquissima effert, per Apostolos salutis verbum prædicavit. Experimus hanc illius bonitatem hodie
nam, quando per Euangelij prædicationem similiiter querit, & ad æternam salutem consortium colli-
gi eo, qui vel peccandi licentia dedit, vel superstitionibus immersi, tam ipsum quam salutem omnem
fidelium. Agnoscamus ergo hoc ipsius studium, & gratissimus. Quam graue enim & arrox scelus
est, salutiforum illud gratia Dei et visitationis tempus afernari, Iudaica genitum horribile excidiu-
m & cuiuslibet repudium abunde docet. Vide Luc. 19. Matth. 21.23. &c.

Observabimur præterea, mox occasionem offerri Christi agendi quod volebat. Ne enim ijs qui male Bene agere uide
geri capiunt, occasions semper ad manum sunt, quas illis satan et mundus suggesterunt. Ita Deus ele-
lentibus non de-
sunt occasions
tit sua & virtutum studiois bene agendi occasions deesse non patiuntur. Exemplo est Moses, qui Exod. 2.
nos & fratres suos misericordia, occasionem inventu, qua se illorum vindicere fore declarat. Et infinita
in generis exempla occurruunt pauperum in historijs, quibus recensendis immorari non est opus, quam
experiencia quotidiana illud ipsum factus probat. Si enim vel Dei gloriam promovere, vel utilitatis
diffundere, vel beneficentiam exercere libeat, non deerunt, in quibus hoc facias, cum pauperum habeantur,
qui utriusque plus aquo indulgent, & qui Dei honores proculant, vel qui nostra opem requirunt.
Quoniam ergo si ignorare dicunt quid agant, & ne beneficia male collocent, & benefaciendo in una-
viam obligent, si satis restantur, sibi voluntatem potius & animum, quam occasionem & facultatem
deesse.

Porrò Christum suo officio intentum pharisei infideli obseruant, & dum ille cunctatur (sicuti Pharisaei Christus
Mattheus habet) priores questionem mouent, num sabbatis curare liceat? Ita vero illum accusant, stum infideli-
tatem in questione querunt. Vbi incurabilis & detestanda plenè illorum improbitas elucet. Totes enim obseruant.

iam conciliū adiungit cum illo congregati non verentur, nec illum diffringunt, quem dies & nobis ipso
rum salutem inuigilare videbant. Quin nec miseri illius sorte mouentur, pro quo potius intercedere
quam aliud quecumque moliri debent, sed tanta in illis odio vis regnat, ut & illum perire, & simul
cum illo Christum perdere cupiant. Causa odij huius est, quia propter Christi doctrinam illorum quæ-
sunt & autoritati plurimum decedebat, ut aliis diximus.

Quo exemplo admonemur, quanta sit affectuum vis, maximè ambitionis & avaritiae. Ita enim Ambitionis &
vis occidentis hominum mentes, ut nec verum videre, nec de sua ipsorum salute cogitare posint, avaritiae vis.
Quare quoad illis homo regitur, salutis spes nulla esse potest. Et verum non existaret nostri seculi
exempla, qua hoc verum esse refellantur. Qua enim alia causa ad Euangelium oppugnandum mouen-
te Pape & horum creature, nimis ructorum & rasorum cohortes, quam quid per hoc suam
auctoritatem imminui, & quoslibet simul omnem eueri vident? Eadem est in externis quoq; ratio.
Ambitione profecto & avaritia exceccatus Pharaon, sciens volentem, quis illi Hebreorum Deus sit Exod. 25.
ignorat, cuis ultrices manus quotidie sentiebat. Eodem astro Saul exagitatus Deo repugnat, dum
Daudem persequitur, cui regnum diuinum promissum esse sciebat. Sed & ipsum Daudem perdi-
dit ambito, quando ut adulterium suum celaret, scelus sceleri accumulauit, nisi Dei verbum ad- 2. Sam. 11.
missem, quo illustratus ad mentem redire. Cuius virtutem expertus, postea toutes petis, ut per hoc Psalm. 25.51.
Diu ipsum de vijs suis edocere dignetur. Huius ergo exemplum imitari, fugiamus pestem hanc no-
universitatem, nec indigne feramus, per Dei verbum nostra peccata argui, quando hoc verum est non
sunt salutis principium.

Christus hōiliū
infideli nouis,
& cludit.
Sed ad Christum redeamus, qui cūm illorum cogitationes (ve Lucas ait) probē nūsset, nōcō
illos quoq; interrogat, dicens: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam ferari, &
occidere? At illi tacent, ne aut nimū impudentes sese præbeant, aut anxie capiatam sp̄m accu-
fandi occasionem amittant. Facile enim vident, quorū res ea fūrā eſſet, si quid rēpondiſſent, fu-
ſcitur ergo Christus illorum improbitati, & ſimil condoleat, quod tam obſtinatis animis contra di-
ritatem & propriam ſalutem luciliū rideat. Mox verò hominem, cuius dextera arſata tra-
gere, in medium progredi, & manū extēdere iubet, & eidem occulta diuinitas ſua p̄mitte manū
tur. Ita nimurū re ipſa docens, ſabbato beneficētia officia, ſic ibi neceſſitas virga, minime vige-
ret differri debet, nec permittendum, ve ob huius religionem p̄a posteram homo p̄reter, aut in pa-
rūlo constitutus deferatur.

De ſabbato,
quid fit & quid
eius uſus.
Genes. 2.
Exod. 20.

Nobis autem in praſenti que nam ſabbati ratio fit, conſiderandum erit. Sabbathum propria
quietem & vacationem ab opere ſeruili ſignificat, & ſimil pro die ſeptimo ſup̄parat, quem Dñm
ipsa mundi origine quieti ſanctæ confebravit, & poſtea in Lege singulari p̄cepto conſiravit. Et
līcer primicia ecclæ ſabbatum, quatenus umbrā legalis fuit, abrogari, ne aliquo a re Iudaicā
ſaperet, quietem tamen & orium illud ſacrum non abolevit, ſed illius obſervationem in diu p̄mis-
tum tranſlit. quem Dominum vocare placuit, eo quod Christus Dominus illo & mortuus re-
rexit. Eius ergo idem ipſus eſc, qui olim apud veros Dei cultores ſabbatiuit. Poterit à diuinis
capitib⁹ comprehendi. Prīmō fidei & religioni ſeruit, quo nomine Domini ſabbatum diuinis
ſcripturis, eo quod Deo conſecratus eſc dies hic, & ijs ſtudijs quæ ad Dei honorem ſtellant. Elic
pertinet uniuersum religionis externa exercitium, & qui ſabbato, quoad hanc partem, nō ſer-
uit, carius ſacros adeunt, Dei verbum audirent, voluntatem illius ſedulo inquirint, in operam &
ſeiorum ipſius conſideratione veriantur, precibus vacant, deniq; omib⁹ ſumib⁹, que cau-
ſiunt, ſe totos ad aeterni illius ſabbati conſiderationem compoununt, quo olim in calo ſumunt
cul ergo abiciunt impura carnis opera & infamum voluptuandi ſtudium. Quo illud Auguſtinus
ſcribi debet: Intra eſc, in corde eſc ſabbatum noſtrum. Deinde charitati ſeruit, quam & reli-
gis & proximo debeat. Quia enim durable non eſc quod requie caret, ſinum quoddam ſeruit
Deus p̄ceptit, ut infatiablem hominum cupiditatem frānaret, qui tam ſeipſis quam frāni
nimis laboribus exbauriunt, modò lucrum faciant. Que cauſa eſc, quod in ſabbati p̄ceptum
ſeruorum modò, verumetiam iumentorum mentionem facit. Elic ergo requiriſſur, ne relati⁹
nos tristis laboris grauemus, que fidei & religionis exercitii impedit, aut corporis defi-
ſiunt, neve proximo noſtro aliquid moleſtio authores ſimus, ſed potius charitatis memori in-
centiam hoc diu p̄iſſimum exercetiamus, ve ſimil nobis ſum gaudere poſſim, quos alioquin reu-
nia & egestas conſtrīſtare ſolet. Huc facit, quod peregrinos & pauperes diebus ſuſtē Deus edo-
mandatiſſimos effe vulpe. Nehemias quoq; huīus meminīt, de verbo & legitimo ſeforū ſuſtē-
rens. Et Paulus Apoſtoli diebus ſabbati vel Dominicis collectas fieri iubet, quibus cogenita-
trum inopie ſuccurratur.

Abuſus ſabbati
multiplex.

Atqui ex hi ſimil patet, qui nam & quam multiplex ſabbati vel dominici diei abuſus patet.
cant enim qui ferias nonas ex ſuo capite contraria Dei p̄ceptum (qui non minus ſex diebus quaſi
cere, quam ſeptimo feriari iuſſit) inſtrūunt, & eadē diuisi conſerant, cum omniis quies Dñm
& Domini ſabbatum eſſe debeat. Peccant etiam, qui in ſabbato nihil prater inane orium ſeruant,
interim verò fidei & religionis exercititia negligunt. Peccant item, qui diem hunc ſuperbie, ſatu-
ra, aleæ, poculis & impuro voluptatum ſtudio tribuunt, quos D. Auguſtinus notauit, dicens: Quod
melius eſc arare, quam ſaltare? Peccant præterea, qui charitatis immemore, auaritia auaricio-
flammati laborant, & ſimil ſeruos atq; ancillas operibus faciundis exercent, ve omisſo religiō-
ſtudio, merces vendunt, rationes subducunt, & debit a exigute non abſt. granis miferorū debitorū
moleſtia. Sunt peccata hac vulgaria hodie, ſed horrenda, & que olim Deus ſeuſiſſime abuſus eſc
imò totius gentis Iudaicæ mifera captiuitate in Babylone puniuit, ſicuti propheta teſtantur. Eru-
tus eſc Jeremias locutus, in quo ſabbati obſeruatorib⁹ amplissima p̄mia Deus promittit, inſem
verò transgressorib⁹ horribiles p̄nas minatur. In quorū conſideratione, von ministro m-
bi modò, verumetiam patres familias, & imprimis magiſtratus versari debeat: ad quos cura-

hōe pert.
Exiſt en-
tis nullis
dām ēm-
guān vī-
ſiū ille die
bālibet p-
certamen
tas inced-
tis dieſe
bāc que
bādū ſi la-
unmanen

Porr-
ſent mira-
vīne & p-
conditio e-
nībus Ch-
& cuīs
vīa Ch-
& aeterni
eudisti

Q
nentem
gantib⁹
ſer deba-
tradiderat
predicat
per ſingul

Prīmo
Chriſto
lanti, qui
cumulic

Item peristere Nehemias exemplum docet, quod Imperatores Christianos olim securtos fuisse legimus. Nchem. 12.
Exclus enim Lome & Antebenij lex, cuius hec verba sunt: Dies festos, maiestati alijsimi dedicatos nullis voluptatibus occupari, neq; ullis exactiōnū vexationibus prophanari. Dominicum item Lex imperato-
rum de die do-
domper hortorabilem decernimus venerandum, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quen- minico.
quam rigat admonitio, nulla fiduciōnū flagitetur exactio, taceat apparito, adnotatio doliteat;
ille dies à cognitionib; alienus. Item: Nec huic tame religiosi die otia relaxantes, obſcenis qui
publice patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die vindicta sibi ſcena rheat alia; aut Circenſe
tamen, aut ferarum lachrymoſa ſpectacula, etiamſi in nobro oru aut natali celebranda ſolemnia
muiderit, differatur. Amitionem militia proſcriptionemq; patrimonij ſuſtinebit, si quis vnguam
in diſto ſpectacula interfeſe, vel cuiuscunq; iudicis apparitor p̄ rectu negoři publici ſeu priua-
tis que lege hac statuta ſunt, crediderit temeranda. Hęc olim Christiani principes curarunt. At
huius rix episcopis curae ſunt. Regnat ergo peccandi libido & avaricie ſtudium, quod fit, ut Deus
menem ſuīnuminis contemptum horrendis penis veleſcatur.

Porro priuſquā dicendi finis fiat, noſtre reſtitutiōnē mysterium conſiderari debet, quod p̄. Typus noſtri
eū miraculo adumbratur. Eſc; enim homo iſte typus omnium noſtrorum, quorum dexteræ, id eſc; reſtitutiōnis
vires & facultates bene operandi, ex ingenita corruptione exaruerunt, & ita mutilatae ſunt, ut ex
iob ipſi non ſinus idonei, ad cogitandum quidem. Acerbius tamē adhuc & miſerior illorum
aditio eſc; qui humani traditionis ligati, in libertatem ſpiritus eluctari non poſſunt. Hisce om-
nia Chriftus medecus, qui verbi ſui gladio humanaſum traditionem rincipula ſoluit & abſtindit, 1. Pet. 2.
et cuius verbi ſimil caleſta illius regenerationis ſemen eſc; ex quo renati nouas vires concipiuntur, Philip. 4.
vix Chrifti poſsimus omnia, et eidem inſi in illo fructus dignos feramus. Hunc ergo amplectamur,
et eueni frumento ſabbato, quando in caelos translati cum illo viuemus & regnabimus; cui debetur
iudicio, honor, gloria & potefas in aeternum. Amen.

Egressi autem pharisaei, statim una cum Herodianis confilium int̄-
bandi aduersus eum, ut illum perderent. Iefus autem cum discipulis suis
ſeculſit ad mare, & ingens multitudine à Galilaea ſecuta eſt eum, & ab Iudea, & ab Hierosolymis, & ab Idumaea, & trans Jordanem, & qui circa
Tyrum habitabant & Sidonem, hominum multitudine magna: qui cum
audirent quæ faciebat, venerunt ad eum. Et iuſſit Iefus discipulis suis,
ut nauicula ſibi deſerueret propter turbam, ne ipſum premerent. Mu-
ltos enim ſanauit, ita ut irriterent in eum, quod illum tangerent, quo-
quot flagelli tenebantur. Et ſpiritus immundi, cum illum uiderent,
procedebat ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et ualde inter-
minabatur eis, ne ſe manefiſtum facerent.

Quemadmodum Chrifti Iefu erga nos ſtndium & immensa beneficia Euangeliæ diligenter Argumentum
commemorant: Ita mundi quoq; ingratiudinem deſcribunt, qui (ut Ioannes ait) in ſua ve- & uſus pre-
uentum recipere noluntur. Nobis verò hic omniū illorū uifus eſc; ne offendamur, quando eadem in-
tis loci.
uitiūdine mundus hodie etiam aduersus Chrifti doctrinam pugnare videmus. Quò campimiſ re-
ferti debet preſens historia. Postquam enim narravit Marcus, ut veram ſabbati rationem Chriftus
tradidit, & doctrinam ſuam miraculo conſirmaret: modò quid aduersus illum pharisaei tentarint
pradiuit, docens ſimil quid præterea ille fecerit, quamq; vani fuerint hostium ipſius conatus. Que ſi
per ſingulas partes conſiderentur, noſtra cum iuſtiſtione iuia conſolationi plarimum ſeruent.

Principiū pharisaei producuntur, qui (ut Lucas ait) amentia repleri, vna cum Herodianis de-
Chrifti occidente conſultarunt. Eſc; hoc exercabiliſ impieatis exemplum, quando illum occiſum uo- 1. Pharisaei de-
lante, qui de re omnibus cognita necessaria amiciſimè diſputarat, nec quicquam in illis dixerat con- Christo occi-
tendioſius, & inſuper homini mifero & calamitoſo maxiſi beneficij auſhor fuerat. Sed vulgo re- tante.

LUC. 6.

gnat ingratis hæc inter eos, qui suis potius affectibus indulgere, quam Dei glorie & proximorum saluti studere solent, & vinam non hodie multa eius generis fuerent ab illis, quibus omne summae rium, & viueros salutis thesauros Christus per Evangelij sui prædicationem offert. Constatu nè eouis progressam esse multorum impietatem, ut cum scelera quævis & sceleratos impunis gale permittant, sicut Christi professores ferro & igne persequantur.

Qui & quales
ferè Christi bo
nes sint.
Matth. 6. 23.
Luc. 18.
Lib. 2. de bello
Iud. cap. 7.

At probe obseruandum est, qui & quales aduersus Christum consultauerint. Prima b[ea]titud[ine] pharisei, qui (et alibi diximus) proprie iustitiae fiducia turgebant, & se in manu exteme sanctissimia furo venditabant. Consultant autem cum Herodianis, quos veterum nonnulli sic distinxerunt, quod Herodem Messiam & olim promissum salvatorem esse crederent. At cum nullum tam scilicet mentionem faciat Iosephus, qui alias omnes diligenter descripsit, verisimilior mibi videtur cum sententia, qui illos Herodis regis auxilios suis publicos ministros & officiales (ut vocant) fuisse dunt; homines nimis carnales, & verisimiles, & iuxta regis sui exemplum libidinis & voluptatis deduci, & quorum precipuum studium erat, ut cum Caesaris tum Herodis tyrannidem, op[er]is populi Dei libertate, tuerentur. Quare non dubium est, illos phariseos exos & iniurios fuisse, si quid illi tam diuini cultus quam populi assertores accerrimi haberi vellent. Nunc tamen cum ipsi consilia sua communicante ad opprimendum Christum, cuius doctrinam magis quam tyrannos considerant, patet hinc, qui nam semper veritatis hostes futuri sunt; hypocrita[n]e nimis infirmi, in mundo seruire in animum induixerunt. Ut enim priores illi hypocrisim suam argu[m]entis nolunt, ita alteri disciplinam nullam ferre possunt, qua in officio continentur. Simile exemplum Actis habetur, ubi Iudei, quos propositus legis zelus vrebant, hominum peccatorum & inuidi opera aduersus Paulum Thessalonicae vi sunt.

Sed imprimis prodest, videre, ut se in praesenti gesserint pharisei. Primum amentia repleta, quando non habent quod Christo respondent. Deinde execunt, quia altius astutus. Mos sibi sequuntur, quorum operam sibi profuturam putant, et si illos cane & angue peine oderint. Expressus haec pulchre hostium veritatis ingenium & artes. Amentes & insanii sunt illi, si quando locutus est verbi Dei præaudere vident, quia tembrant, quibus suam nequitiam occultare solent, discurrit. Atque tamen bunc suum furorem dissimulare norunt, & quia aliquid agendo veritatem opprimente nolunt querere. Et tanta est huius illorum odio vis, ut facile cum omnibus alijs conuenientibus, quos alias quam maxime oderunt, modò in hac causa illos sibi auxilio fore sperare posint. Sicut quoq[ue] cum Saducæis & Herodianis pharisei collidunt. Et quando Christus captus fuit, ad eis solum sacerdotes, scribas, servos, milites & pseudopostulorum ludem conuenisse legimus, quia non sese non modò vita conditione, verum etiam gente, doctrina, studijs & fideli professione fuerint differentia. Huic simile est, quod hodie episcopi & monachi, cum mundo mortui & plane spiritus haberi velint, cum principibus & militibus confirant, & sepe in medijs castri agant, unde acies iamianas dimicaturas volunt, modo Christi prædicationem opprimere posint. Sunt hec vero crebro meditanda, non ut ipsi quoq[ue] odio mutuo cum nostra fidei aduersariis certemus, sed ut certes facti, illorū invidi minus capiamur. Nec enim blanditias aut fucatis promissionibus cedentes, contentionibus quibus interdum seinduntur fidere conuenit: quando confitit illos implacabiliter, nolus alta mente repotum atere, & si quia se offerat occasio, faciliter cum quibusvis posse conuenire, nol veritatis causam opprimere. Interim verbi Dei diligentia meditatione & precibus credere nos exhortamus, & sancte in Christo concordie studeamus, cuius finis & scopus sit indefissum propagandatio

gu Christi studium, ne in hac parte ab infelici filiorum huius seculi generatione superemur. Est a illa mulier cum peri pie fieri & omniv[er]o nostri in Christi Habet istum, omni munus facilius facere Ameni ei Corin tus Petri cius, Eccl. Nec portuné uetus ibi flagrare sufficiens sunt, ita

II. Discedit Christus ab ingratis.
Matth. 10.
Impij aduersus Christum nihil prophetarum & Apostolorum exempla, quos hoc olim facti esse legimus. Interim consultationes eius officiendi causa est apud eos, qui à nostra autoritate dependent. Primum huc non paucus plenus est, quod impios suis consultationibus nihil aduersum Christum proficeret videmus, scilicet David in Psalmo secundo prædixit. Ut enim hic incolamus eundem, ita illum alibi quoq[ue] non semel medios hostes euasiſſe constat. Quid, quod ne mortuū quidem in sepulchro deinceps penerunt malitiae.

Id primi gloriose resurrectionis ipsius praecones sunt? Quid ergo hostium confusis & conatibus ter-
runtur? quid vero diquo periculo trepidamus? Quia meminerimus potius eandem verbi quoque &
actus Christi conditionem esse. Nam & illud aeternum durat, & haec Dei manus insculpta illius
predicatione rara erit, sicuti prophetarum & ipsius Christi oracula testantur. Vide Isa. 40.49. Ioan. 16.
Matth. 28. Et.

Porro subiectus hiz noua historia, qua hoc ipsum plenius illustrat. Christum enim ad mare dicit III. Turba multa
glossam ingenii hominum multitudine sequitur, vnde ad illum confluentum, non ex Galilaea modò & te Christum je-
sus, verum etiam Iudaeos, & ex Tyri atque Sidoni filios. Ita vero gentium vocacioni praelu-
guuntur. Iudeos, & Iudeis cui digito monstrare immensis Dei iudicium, quod nimurum ipsis ratione & iudeo-
super inobedientiam reuelatis, genes in populi Dei consortium ingressur & effundunt: quod fore olim pro-
pria non semel denuntiantur. At quod Iudeis accidit, hoc ipsum expectent quotquot Christi ipsi preludiar.
Deut. 32. Euangelium appropinquante rejecunt. Diccedet ille, & simul regnum Dei ab illis auferet, nec Hos. 1.2. Et cetera.
propria ecclesia caret, sed mox innumeros inuenies, qui occulto spiritu motu excitati vnde ad
dilem concurrant. Eo enim regni Christi fors est, ut persecutionibus potius propagari et augeri, quam
ad opprimi vel in arctum redigi soleat. Et sicut per Christi sanguinem ecclesia plantata est: sic ea-
dem martyrum Christi sanguine rigatur, & qui prius in una vel gente vel urbe Christum profite-
luntur, persecutionis procella dispersi, illius fidem & doctrinam longè lateq; diuulgant. Exemplum
currit prima persecutione Hierosolymis aduersus Apostolos excusat a habemus. Lapidatur Ste- Acto. 7. Et cetera.
planus, in carcere trahuntur viri & mulieres, multi viri discedunt: sed ex occasione universa Iu-
daea & Samaria Euangelio doctrina illustrantur. Factum est idem, quando Romani Impera-
tore suis editi contra ecclesiam fulminariunt, & omnes prouinciarum praefides in Christianorum per-
niciem armarentur. Tunc enim alij quidem dispersi, doctrinam fidei apud exteriores predicauerunt, qui
les illas nondum invaserat; alij vero comprehensi & diris enecati supplicij, exemplo suo multos ad
diligendissimum doctrinam cuius considerationem excitarunt: multi item, qui persecutionis meru in de-
fensione & feedebant, illic affidae scripture auctoritione instructiores facti, postea a maiori cum alacritate
fuerunt & docuerunt & confessi sunt. Neminem ergo terrene mina & conatus tyrannorum, quando
non defuit nostri seculi exempla quibus hoc verum est, abunde probatur.

Est autem hic cum primis memorabile populi ad Christum concurrens studium. Poterat enim Studium uere
illorum multa abstergere & remorari, ut pote labor, sumptus & quod propter phariseorum infidias res piorum in Chri-
stum pericolo coniuncta esse videretur. Sed omnia vincit veritatis amor, ubi ille semel animo conce-
perit. Et tales secessores requiret Christus, qui contempta hominum auctoritate quantacunq; Luc. 14.
& omnium periculorum meru deposito, ipsius omnibus, que in mundo habent, anteponant. Quid ve- Matth. 10.
no nobis in Christo quæserant? Vt illum audirent (inquit Lucas) & a mortibus suis sanarentur.
Luc. 6.
la Christo igitur veritatis doctrina queri debet, qua simul vera & perfectam salutem nobis offert.
Habet et solus (ut Petrus ait, Ioan. 6.) verba uita eterna: & bunc nobis à Deo doctorem esse da- Deut. 18.
tam, omnes scripture docentes, & quidem non vulgarem, qui inani tantum verborum sono aures ho- Is. 66.
mum fricat, aut humanis traditionibus circunducat: sed qui verba uita eterna habens, in ipsis ho- Matth. 17.
mum mentes penetret, et veritatis cognitione illustratas sibi sub fidei obedientiam vendicet, simul q
uidam sua certos reddat omnes, quotquot ipsum vera fidei amplexantur. Vide Christi verba Ioan. 5.
Amen dico vobis, omnis qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, habet vitam eternam, &c.
Et Cornelio Centurioni angelus dicebat: Mitte aliquos Ioppam, et accesse Simonem, qui cognominatur
Petrus, qui tibi dicere verba, per quæ serueris & tu & tota domus tua. Quod Paulus quoq; respi-
cias, Euangelium dicebat esse potentiam Dei ad salutem omni credenti.

Nec minus obseruandum est, quod illos votorum compotes factos esse ostenditur. Ei si enim im- Christus ad se:
pertum nimis in Christum irruat, adeo ut nauticulam sibi deseruire velit, qua paulum à littore subuenientes ante
irruentis turba imperum declinerit: amicè tamen excipit, & omnibus medetur, quotquot mor- cè excipit.
bi flagellabantur, & a spiritibus immundis diuexabantur. Quod ne quis aliena virtute effectum
fuisse putet, Lucas salutiferam illam virtutem ex ipso egesam fuisse scribit. Eluent ergo hic simul
bonitas Christi & eiusdem immensa potentia. Vt enim ad se inuitat omnes qui laboran & onerari Matth. 14.
sunt; ita neminem ad se venientem rejicit. Idem vero salutem conferre potest perfectissimam. Quia Ioan. 6.

**Iohn. 2.
Gen. 3.**

enim morbos pellit, quorum origo ex peccato est, & quibus peccatum carnem flagellat & celegit Deus, peccata quoque tollat oportet. At idem spiritibus quoque immundis imperat, qui servitum suum illo procident, & cum tremor Dei filium agnoscent. Ergo is ipse est, qui serpentis caput inculcare debuit, sicuti primis parentibus olim Deus promiserat. In praesenti tamen spiritus immundus non patitur, cum quia tempus manifestatio ipsius inter gentes nondum aderat, tum quod dignum est, diaboli mendaciorum patris testimonio eum commendari, qui aeternus est Diabolus. Nec admittendum fuerit, ut diaboli testimonium Christi & virtutem nostram salutis cuius suspectam faceret, sicuti alibi copiosus a nobis dictum est. Nostrum fuerit, simili studio Christus sectari, & curare ut per fidem contactum ipsi viviamur. Ita enim fiet, ut ipsius merito a peccati fundo & diaboli tyrannie liberari, in ipso & cum ipso eternum viviamus. Illi debetur benedictio, gloria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A X X V.

Et ascendit in montem, ac uocat ad se quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum. Et fecit duodecim, ut essent secum, & ut emitteret eos ad prædicandum, ut p haberent potestatem sanandi morbos & cuncti da monia. Et imposuit Simon nomen Petrus: & Iacobum filium Zebedaei, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitruis: & Andream, & Philippum, & Bartholomaeum, & Nathanaeum, & Thomam, & Iacobum Alphai filium, & Thaddeum, & Simonem Cananeum, & Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum.

**Argumentum
& usus pre-
sentis loci.**
Ioan. 15.
Marc. 1.
Lucas 4.

In nomine Dei beneficia, nullum posse filium Iesum Christum, præstantius & salutarius est, quod verbum suum miseris mortalibus manifestari dignatur. Per hoc enim de sua voluntate edocet, sicut nos ipsi amicorum loco esse testatur, & simul miseros nos & indigatos ad regnum aeternum confortum colligit. Non temere ergo Christus Iesus docendi munus ad se quoque pertinet, & se illius ergo in mundum venisse testatur, sed docendo potissimum exercetur, quam diu in terris satius est. At quia ille, quoad humana natura conditionem, solus omnibus locis finali sufficiens poterat, & peracto nostra redemptione negotio terras erat relicturus, certos aliquot dispergit, quos ad prædicandum emitteret, & quorū ministerio Euangelij doctrina in toto terrarum vulgaretur. De horum electione in praesenti Marcus agit, qui locus non modo de Apolloniano, Et in verum etiam ministerij ecclesiastici ratione nos indicare doceat. Quare singulatius diligenter inspexisse non parum proderit.

Primum etiis negotij author proponitur, **Dei filius Iesus Christus**, qui solus & non aliis hominibus ministerio adiutus, Apostolos hunc elegit. Unde patet ministerium verbi, non humanum inueniunt, sed diuinum institutum esse. Ut enim duodecim hosce Christus ordinavit, ita etiam olim suo spiritu prophetis adiuit, & nunc etiam ecclesia sua Apostolos, doctores & pastores docuit. At quia de hoc supra diximus, paucula hac modo sufficiente. In praesenti vero Christus uidentur & indefessum studium confederari debet, quo inflar optimi patris familiæ sua docim, id est, Ecclesia proficit, ne posse ipsum est terris discipulum electi salutis doctrina distinguantur. Ita non suo exemplo omnes illos officij admonet, quorum fidei & cura ecclesia commissa est: ut minimum non contenti, si ipsi fideliter doceant, verum etiam de successoribus cogiente, quorum opera verbi doctrina in ecclesijs conserueretur. Fecerunt hoc ante Christum incarnationum præstantissimi prophetarum, Samuel & Heliæus, quos discipulis pluribus conuixisse, & illos priuatum instituisse, sacra hiuaria testatur. Et per Amos prophetam Iudeis hoc grauissimum criminis loco Deus obiicit, quod Nazarites suis vinum propinarint, id est, quod sibi & verbi ministerio consecratos inuenient educatione indegeni corrupserint, & intemperantia affuefecerint, ut in ipsis verbi doctrina in contemptum renuntiantur. Fuit ergo haec res omnibus seculis cura ipsi religionem saluam esse voluerunt: & hoc sui officij considerunt sanctissimi reges & principes, quorum liberalitate collegia & monasteria fundata atq[ue] statuta sunt, ut in illis aliantur & influantur bona indolis atq[ue] seruantes, quibus aliudigno occulta

at & talijs
seruantes
tis capi-
ue immo-
tum equi-
Dei patrum
alium capi-
tio Christi
peccati fusi-
dedit depon-

ora commissi possit. Nec ignorante olim quantum hoc momenti habeat ad conservandam religionem
injus & affutus apostata Julianus, qui Christianorum liberos a scholis arceri voluit, sic fore exi-
fimans ut Christiana religio sponte corrueret, sublatos nimirum viris eruditis, quorum doctrina &
dexteritate illius veritas afferbatur. Quotquot ergo veram religionem in ecclesijs saluam cupinre,

deibolo rete in instituendis & ministri probé informandis dies noctesq; cogitent.

Deinde vi negotium hoc Christus tractaris commémoratur. Montem confundit, & illi, Luca ii. Quomodo
reliji preicationibus tota nocte perfeueravit, tandem quos voluit acceſſens, illos apostolicō munere
Apostoli sine
electi, & quid
delinquantur. Admonent hęc, quid in ministrorum verbi electione potissimum obferuari debeat. Primo
in ministrorum
tempo ex terrenorum sive carnalium affectuum ratiib; ad coſtum confederationem eleuare & electione faci-
pudicare conuenit. Diuinum enim negotium hic agitur, quod ad Dei regnum p̄petuat, cuius propa-
gandi studio nos virgini oportet. Peccant ergo grauiſſime, qui dum ministros eligit, terrena p̄pe-
dant opes nimirum honores, amicitias, vel conſulto canes mutos querunt, quorum ignavia ad peccan-
tium abducantur, & quibus iphi pro sua libidine dicendi leges praſcribere possint, quales olim
ſufficiat prophetas legimus, & hodie non paucos esse videmus magno cū ecclie & doctrina Chriſtia 30.56.
ſtatim. Deinde precibus ſeris & ardentibus hic opus eſt, quas primiuitam quoque eccliam Amos 2.
iuxta Chriſti exemplum adhibuiſſe conſtat, si quando Apostoli aut ministri eligendi effent. Vt enim
Act. i. 13. C. 6.
num hoc per ſe arduum eſt, in quo abque ſpiritus sancti operatione (ſicuti Paulus monet) nibil of- 1. Corinth. 3.4.
ficiat. Ita ministrorum errores, siue illi per ignauiam ſue perfidiam committantur, non in illis ſolis
habet, ſed in communione totius ecclie malum redudat. Vnde conſtat, cum priuata cum publica fa- 2. Corinth. 3.
luit parum memores eſſe eos, quotquot in ministrorum verbi electionibus abſq; omni religione, tan-
quam in re propheta veriantur.

Tertio ſinem triplex ostendit Marcus, in quem diſcipuli iſbi electi ſint. Primus eſt, ut cum iiii. In quem
Christo effent, quod ad ipsorum institutionem faciebat. Quia enim rerum abh̄ Christo gemitum testes finem Apostoli
fuerant, familiariori & diuiniuori conuocatione cum Christo opus habebant, ut certò ac vere electi ſint.
Illi teſtari poſſent. Secundus finis eſt, ut illos ad predicandum emitteret, quod ipſo adhuc in Ioan. 15.
Act. i. 10. C. 6.
tempore fieri copti, ut infra dicetur, & ideo iam nunc Apostolos nominauit, ut Lucas scribit. Marci 6.
Tertius, ut haberent potestatem curandi morbos & ejiciendi satanā: quibus verbis vnuera eden-
dum miraculorum potestas comprehenditur, quorum potissimum uſas fuit, ut ex illis pateret, Apo-
ſtolas dimicatuſ missos eſſe, & diuinum negotium agere.

Porro tribus hisc vnuera ministrorum verbi officia comprehendendi poſſant. Debent illi Christo Officia mini-
ſtrari, & ab illo diſcre que alijs prædicent. Nec enim aliud ecclie prædicari vult Christus, ſtrorum verbi.
quoniam ipſe tradidit, alibi dices: Doceat omnes gentes seruare omnia, qua ego præcepī vobis. Et Matth. 28.
Paulus vos anathema pronuntiat qui aliud Euangelium prædicant, etiamſi angeli de celo fuerint. Galat. 1.
Conſeruant autem nobis Christus per verbum suum, ubi illum in prophetis & Apostolis loquentem
audire liter. In hoc igitur ſe ministrari exerceant, & lectioni incumbant, ſicuti Timotheo ſuo Paulus 1. Timoth. 4.
præcipit. Minimè ergo pro Apostolicis agnoscit debent, qui ut ne scripturas quidē diuer-
ſionis ſentientes audiant. At ubi ex Christo doctrinam veram auferunt, vocacionem ſive missionem 2.
ad eisdem expedient, & ubi mihi ſuertunt, officio ſuo intrepide fungantur, ut quam plūrimos Christo
lucifaciāt. Nec enim talenta ſua in terram defodiſ, ſed illis nos fenerari vult Dominus, ut in ma- Matth. 25.
gio illo iudici die cum lucro recipiat quod ſuum eſt. Quin à ministrorum manibus illorum ſanguis.
nam requiret, qui illorum incuria & negligētia pereunt. Et nota eſt Ione historia, qua quām pe- Ezech. 3. & 33.
nihil ſi impoſitum a Deo prædicandi officium detrectare, abunde docet. In quorum conſidera- Ioan. 1.
tione diligenter verſati prophetæ a conflantia viſi ſunt, qua hoſibus quoque terrori fuit. Huc certe
Amos reficiens ait: Leo ſi rugiat, quis non timereſ? Dominus Deus cum loquitur, qui non prophete- 1. Cor. 9.
taret? Et Paulus: Si Euangelizem, non eſt quod glorier, neceſſitas enim mihi incumbit. Vt autem Amos 3.
mihi ſi Euangelizem. Devent horum cum ministri ſum auditores ſemper meminiffe, ut & illi offi-
cium faciant, nec tollis vel blanditijs vel periculis ſe auocari patiantur, hi vero officium facientes
ministros aq; animis ferant, quando illos ex Dei mandato hoc omne facere norunt. Accedit hi- 3.
tum loco, quod morbos sanare & satanam ejicere debent ministri. Atqui miracula iamdudum ceſ-

sanisse confiteat, quando illis non amplius opus est: at quod illis olim figurabatur, id ministri personae praestare debent: ut nimirum animabus vel insirmis in fide & conscientia terroribus perculsi, id peccatorum esfu ad mortem laboranibus medeantur, & satanam regno suopellant. Et si maledic & homicida ab initio. Regnat ergo per mendaciam, falsam doctrinam, falsos cultus, idolatriam, ambitionem, auaritiam, odium, intemperantiam & omnis generis peccata, quibus homines cum seipsum aliis perdunt, quoad corpus & animam. His fortiter obstat, & ita acane regnum euentur uenire. Fecerunt hoc olim Apostoli, & hodie non minor idem faciendo necessitas nobis incumbit, quod paucum occurrunt, qui fidei & salutis sue incerti misere languente, mulieris vero in locis satanorum imperium obtemperant, & illius regnum apud eos quoque hominum incuria inflatur, atque illius tyrannie Christus iam pridem liberauerat. Nimirum ergo imprudenter quidam a misericordia destitam exigunt, nec ea ab illis volunt reprehendendi, per quae sat atque perfidissimum regnat, quem Christus per illos evictum vult.

Nomina Apo-
stolorum.
Matth. 10.
Luc. 6.
Actor. 1.

Humilis Apo-
stolorum consi-
ditio.

His Apostolus duodecim nomina subiunguntur, quae a tribus Evangelistis spiritu sanctius facilius censeri voluit, partim ut certe nobis constet, quos nam profidei nostre doctoribus agnoscimus, nec aliquis audiamus, qui Apostolorum titulus turridi, diversa ab illis tradidit: parum in Diadem & studium agnoscamus, qui ut David Psalm. 34. docet suorum nomina & memoriam trahere solet, qui in regno suo propagando fideliem operam nauant: quod in eum finem obseruari debet, priusquam huius mundi iudicij ant calumnij nos ab officio, cui nos Deus destinauit abduci patiamur, inter multa autem quae in hoc catalogo notanda veniunt, hac mihi parvissima videntur.

Primum, quod eorum nomina ab his, omni ambiutorum titulorum fastu spiritus sanctius respondeat, quibus nihil unquam prestantius orbis habuit, nec in posteru habiturus est. Paginas hec non communis tantummodo consuetudine, qui magnificos titulos ambitiosi capratis, & sepe pro illis fero et dimicant: verumpera cum illorum exemplo, qui sepe Apostolorum successores dicunt, & legimus eorum ministri censeri volunt. Quid enim inter hos alius quam Sanctissimos, Reverendissimos, Nobilitates, Excellentias, Gratias, Paternitates, & infinita eius generis delitia infinitas similes iniquitatem redolentia audias? Quoniam in ipsas scholas penetravit ambitio, ut inanes & superbo loquacis & Doctorum titulos pecunias redimant, qui mox humilitatis & crucis Christi praemissi fieri debebant, ut de ipsis nunc nihil dicatur, qui ubi per multos annos ecclesiæ doctores fuerunt, iam non. Doctoratus honores ambiunt, ut vel solidam plebem in maiorem sui admiratione rapiant, quod principes ampliores & quaestuosa magis dignitates obtineant. Quam vero hoc alienum sit ab illis professione, sam præfati hoc Apostolorum exemplum, quoniam Christi præceptum docet, qui ut nomen abnegamus, et mundu hunc omnem calcemus admonet. Vide Matth. 16. Idem Matth. 23. servisque pueris hoc nomine reprehendit, quod salutares honorificas in foro & Rabbini titulus agunt, & mox addit: Vos autem non vocemini Rabbi. Vos est enim docto res ipsa, Christus, omnes autem pueri vestris estis. Et ne quis hoc illi vel temere excidisse, vel ad Iudicium modo Rabbini titulum possit debere purarer, id est paulo post repetens ait: Ne vocemini doctores, Vos est enim docto res ipsa, Christus. Scio quid hic obijeciant, qui in Academij eiusmodi splendore gaudent, vel etiam ex eo queant ciuunt. Neque eos damno, qui bonarum artium candidatos honores publici spe ad studia exercantur. Medicos & Iurisconsultos non sine publico sui studij & diligentie testimonio admittantur. At Eusebii autem ministeris ambitionem omnem alienam esse velim, quibus legitimum ecclesia examinatio ordinariae electionis testimonium sufficere debet: nec video quam procul a Simonie specie obijciat iste, quo ad ecclesiæ ministerium non admittuntur, quoniam qui titulos eiusmodi prius pecuniam demerunt.

Quorundam
nominata.
Matth. 16.
Matth. 26.

Secundo quorundam nomina Christus mutasse dicuntur. Simonem enim Petrum vocant, à seipso nominato, riuia & spiritali petra, quam alibi confessus est. Iohannem vero & Iacobum tonitru flent dicit, propter celestem doctrinam qua hominum mentes mouere debentur. At si discipulos sedet, non nimis tales fuissent patetib in presenti. Quare quales aliquando futuri sibi Christi innuerint, & infermitatibus quas mox passurierant occurtere & mederi voluit. Quia enim Christum negantur et Petrus, nominis recordatione illum officij admoneri oportuit, ut ad petram Christum reverenter hunc lapidem fidei constantia sarciret. At alteri illi, Iohannes & Iacobus, mundo nimis adiutorum primaverunt.

primatum inter Apostolos ambituri erant. Ergo conitruit filios dicit vult Christus, ut terrena loqui Matth. 20.
deplorant, & caelstes voces sonent, quibus hominū mentes penetrerent, & peccatorum agnitione ter-
ritas, vero & ardenti salutis studio accendant. Admonet locus hic, quis nominum verus v̄sus sit, V̄sus nominum,
qua non ab igne Dei prouidentia nobis obtingere multa exempla docent. Quod si ergo eorum nomi-
nibus appellemur, quos olim fidèles Dei seruos & amicos fuisse constat, illorum fidē nos quoq; imi-
tari debere meminerimus. Imprimis in Christianorum nomine, quod commune est omnibus nob̄is, co-Auctor. 11.
glandum erit, nos illud a Christo habere, quem ita dici oportuit, ut eum conflareret esse vñctum illum,
quem fui populi reges & sacerdotē Deus ab aeterno constituit. Illum ergo regem & sacerdotē agno-
temus, illum audiamus, illi credamus, qui nos quoq; reges & sacerdotes facere dignatus est. Vbi o. Apoc. 1. §.
inter illorum canticis arguitur, qui inter nostri seculi de religione controversias, se nescire dicunt, quem
cum audire, & cui credere debeant. Atqui Christum proficeris ob bone, & Christianus diceris. Quem
egrediam, quam Christum, audias? Cui alij, quam Christo, credas? Sed de his alibi fortassis plura
datur.

Tertio, inter electos Christi Apostolos Iudas proditor numeratur. Vbi admirandum diuina pro-
videntia conflitum occurrit, cuius ratio humani ingenij acumine nunquam satius inquire potest. Quoad Iudas proditor
pro nostram institutionem, hoc exemplo Christus docere voluit, nunquam defūturos qui religionem
quādam faciat, & sub ipsius nomine de ipsis & membris ipsius negotientur. Et sane Iudei sectatores
& factores sunt, quoque hodie veritatis doctrinam producent, Dei gratiam & Christi meritum
pro pecunia vendunt, aut sub Euangelij praetextu sua querunt. Illos ergo nos cauere deces, ne falsis
nominib; imponant. Gloriantur hodie Romani Pontifices Apostolorum successione, cathedra Pe-
tri, & legitima ordinatione ecclesiae. Demus illis hac omnia. Atamen Iudei instar negotiationem
carentium Christū & qua ille nob̄is meruit pro pecunia vendant. Nō est ergo, quod Petri autho-
ritatem nob̄is obijcant. Quin potius evigint, quid D. Bernhardo respondeant, qui in Sermone ad
Clerum in Concilio Remensi, episcoporum sui seculi mōres acerrime reprehendens, inter alia inquit:
Dicit Dominus ad duodecim: Nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus est? Doc-
trina Iesu cum esset electio illa in manu tua, quare elegisti diabolum episcopum? Fratres, sic facie Ie-
sophiles eligens sibi multos diabulos episcopos. Et mox, Episcopi huius temporis auaritiam quomo-
destitudinem? Quod enim sine miserabiliter gemitu dici non posse, Christi opprobria, spuma, flagella, cla-
vis, lanceam, crux & mortem, bac omnia in fornaci auaritiae conflant & profligant in acquisitione
cum turpia lucri, & premium vniuersitatis suis marsupiis includente festinant, hoc solo sane à Iude I-
udeo differentes, quod illo horū omne emolumētū numero denariorū compensauit, sibi voraciorē
neglūia lucrorum infinitas exigunt pecunias, &c. Dicta sunt hac ante annos quadringentos: qui si
nob̄illi de se dici nolunt, agendum ostendant, quid ab eo tempore in Curia Romana, aut episcoporum
morbis, aut etiam tota ecclēsia in melius sit reformatum? Videndum tamen quod Euangelij pro-
fessores, ne paucorum virtutis omnibus in genere impueamus, vel Euangelij doctrinam improba calum-
nem proper eos, qui illa ad suam libidinem abuntur. Ita enim magistratus quoque, coniugium
um artes, & vniuersum omnes hominū ordines damnari mererentur, quando in singulis aliquos
reprobare licet, qui offici sui parum memores, affectibus suis plus aquo indulgent. Nos potius Christi
diffimam audiamus, quam ille Apostolorum ministerio toti orbi proposuit, illam settentur, ut olim
delecta gaudia fruamur cum Christo Iesu, Domino & saluatore nostro, cui debetur benedictio, honor,
gloria & postulas in aeternum. Amen.

HOMILIA XXXVI.

Et uenient in domum, & conuenit iterum turba, sic ut non liceret
illis uel panes edere. Et cum audissent qui ad illum attinebant, exierunt
ut illum prehenderent. Dicebant enim: Alienatus est mente. At scribæ
qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: Beelzebul habet, & per
principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

Argumentum
Voniam vniuersa nostra salutis ratio, quo ad nos, in hoc potissimum versatur, ut Christum & usus presentis loci.
agogiamus & amplexemur, in quo solo quaecunq; ad salutem faciunt, Deus nobis offert: ipse loan. 17.

C A P V T III.

quod Christus omnia sua ita instituit, ut per ea in sui cognitionem nos perducat, sicut in ipsius doctrina cum miraculis videre licet. At imprimitur edificare, quod suo illo indefesso docendi studiis contentus, in super Apostolos quoque ordinatus, quorum ministerio veritatis doctrina & salutis ipsius cognitio pluribus in locis vulgariter est. At ne quis post ordinatos Apostolos, Christum sacrificio segnus funeris putaret, in presenti narratur quid porro fecerit, & simul iniquitatem ipsius ipsum iudicium exponuntur. Omnia vero hic principius Christus & Christi Iesu fratres erga nos, & mundi huius erga illum ingratitudinem agnosceremus, & illum amplexemus, & fundamur in gratia mundi calumnij, quibus etiam hodie Christi doctrinam oppugnat. Vnde tamen ea que singula ex ordine.

Historia paucis comprehenditur. Christus multis & diutinis laboribus fatigatus, cum dispe-

sis domum redit, nimirum quietis & cibi sumendi causa, ut ex sequentibus patet. At rursum in-

nisse recessu populus, undique concurrit, & quidem tanta cum multitudine simili & importuna,

ut ne panibus quidem, ne dum alijs cibis diligentius paratis, recessi possent. Quare ad ipsius operum

Christus, astantes docuit, & miracula edidit, ex quibus principium quod in demoniaco matutino &

ex eo curando fecit, Matthaeus narrat. Quo iterum testatus est, se ad destruendum diabolopre-

misse, ut miseros mortales, quos ille in Dei cognitione & salutis negotio plani cacos & morsu-

